

Sic es recta docens alios, peruersa sequente,

Quique aliis sapiens, non sapit ipse ibi.

Vipera ex utero matris rupto erumpens.

Vlperae exedunt ceu matris viscera foetus:

Sic quos ipsa suo fouit alumna sinu,

Roditur, heu, nimium sanctorum Ecclesia multis!

At non euentu, nec ratione pari.

Vipera nam salua infelix prole interit, illis

Hac contra extinctis non peritura manet.

Homo rosas decerpens.

INcauto quicumque rosas collegerit ungue,

Vix unquam ille so legerit ungue rosas:

Hoc sapite exemplo locupletes, plurima namque

Hiscel latent vestris spicula mixta rosis.

Porcus stercore, asinus carduis vescens.

Stercora quod porcis, Asinis quod carduus, hoc
est

Barbaries Nostris asinis porcisque Magistris.

Ingens cacabus, Satana ignem urgente despu-

mans, & caelitus delapsis aquis sub-

inde repletus.

EN Satan accessit hinc inde ut torribus urgens,

Sic tandem absument spumatem hunc, stultus
abenum

Posse putat, lapsus complet quem caelitus humor.

Sic liceat nobis sanctorum effingere sortem,

Quos Satanat, & a iis hinc inde laboribus instans

Exercet